

nec filius conueniri potest nomine patris. C. ne filius p patre. in rubro, & nigro. maxime in l. patris noie. sed dicitur Balazar se abstinuit ab hereditate Gentilis patris sui, ergo conueniri non potest, vel detineri ob debita paternam. Idem dicendum si statutorum inspecta dispositione, quoniam filii per illum obligantur, cum eorum parentes cessauerunt, vel fraudem seu dolum commiserunt, ut patet ex statuto, sub rubrica de filiis, & aliis descenditibus, & de patribus, & aliis ascenditibus, & de fratribus qui cessant, & fugitiuorum, & c. statuto sub rubrica de factoribus, & discipulis alicuius societatis, & c. Sed ex prædictis coram me non constat dictum Gentile patrem dicti Baltazaris cessasse, fugisse fraudem vel dolum commississe in factoria, vel trafico suo, ergo virtute illorum statutorum non tenetur, & per consequens cum casus iste non sit in statutis prouisus, debet relinqui dispositioni iuris communis. de rescrip. c. susceptum. li. 6. & le. commodissime. ff. de lib. & posthu. Non obstat si dicatur in libello Laurentii hoc contineri, ubi narratur dictum Gentile cessasse fugisse, fraudem, & dolum commississe, quia narrata in libello bene probant contra libellantem, ut est tex. no. in l. cum precu. C. de lib. cau. no. Bart. in l. certum. S. si quis absente. ff. de cõfess. cano. in c. r. e. ti. sed pro libellante non, quia licet quis possit consistere contra se, pro se autem minime. 14. q. 2. in princ. imo clare debet probare ea quæ proponit in libello, alias dubia probatio non releuat, ut in c. presentia. de prob. Non obstat sententia pro dicto Laurentio lata, quia illa potest dici nulla, cum fuerit prolata sub conditione resolutionis, si tamen in fine sibi reseruatam, quod si dictus Baltazar probaret de iure suo per totum mentem, tunc statutum, & dicta sententia esset nulla, & nullius momenti. hoc autem officiales facere non potuerunt, quia nullus iudex potest suam, vel sui prædecessoris sententiam rescindere, etiam si postea appareat de innocentia rei, ut C. sen. rescin. no. post. l. 1. & 2. & l. diui. ff. de pœnis. & l. 1. §. si. ff. de qd. & c. in literis. de offi. dele. no. in terminis nostris Bart. in l. iudex. ff. de re iud. per prædicta iura concludunt iudicem non posse ferre sententiam sub conditione resolutionis, ergo sententia non debet teneri tanquam lata contra solitum, & debitum iuris ordinem. l. prolata. C. de sen. & interlo. om. iu. & 2. q. 6. c. ei qui. S. diffinitiuam. sed profecto nisi aliud mihi ostendatur minime, prout arbitror apparet dictum Baltazar debere per prædicta relaxari. Primo contra eum aperte facit sententia per officiales mercatice contra eum prolata, quia minime apparet appellatum, imo ex lapsu temporis confirmata, quæ facit ius inter partes, et si a principio fuisset iniusta, ut in c. cõiter. de re iud. & l. igeniu. ff. de statu homi. & l. res iudicata. ff. de re iur. pro qua quidem sententia presumitur tam respectu iustitie, quam ordinis, ut in c. in presentia. de renun. & c. bonæ. de elect. & c. tam quæ. de re iud. no. Inno. in c. cum in iure. de offi. de. & c. quoniam contra. de proba. & d. c. bonæ. ubi dicitur præsumendum per sententiam, postquam transit in rem iudicatam, quia durum est semper acta rescindere, & plene no. per Ioan. Cal. in d. e. quoniam contra. unde cum in libello dicitur dictum Gentile cessasse, fugisse fraudem, & dolum commississe, & super his fuerint probationes hic inde factæ, ut narrat in sententia, & officiales sententiam tulerint, approbando & confirmando captionem dicti Baltazaris, & pronuntians eum, ut filium in potestate teneri, & obligatum fore pro facto paterno dicto Laurentio, & sociis, quod quidem sententia nec aliquo iure, aut re medio rescissa, vel suspensa, certe fecit ius inter partes, ut amplius non possit dictus Baltazar de iniusta sententia cogeri. Nam non appellando nisi illi sententia acquieuisse, ut in c. qd ad consultationem. de re iud. quod procedit tamen in ciuili quam in criminali, et ubi venit imponenda poena vltimo supplicii, ut l. non tamen. ff. de appe. & l. 1. §. si. ff. de qd. & d. l. diui. facit quod no. Bar. in l. qui vltimo supplicio. de pœnis. Quinimo si post sententiam non suspensam constaret de innocentia rei, forte ex probationibus de nouo repertis, solus princeps posset eum restituere, ut no. probatur in d. l. diui. & l. 1. §. si. præal. & vtrobiq; per Bar. facit c. suborta. & c. inter monasterium. de re iud. & l. sub prætextu. C. de transactio. Nec debet credi puris verbis dicti Baltazaris, nunc allegantis patrem suum dolum non commississe, quia potius debet credi sententie, quam sibi, & sibi imputet quare coram officialibus hoc non ostendit, vel quare non appellauit. præterea hæc allegatio Baltazaris, quod pater suus non commisit dolum, vel fraudem, & si vera esset, concludit iniquitatem sententie, vel capturam suam iniustam, quia si bene ponderentur statuta superius per me allegata, prouident non solum contra factores fraudem, vel dolum adhibentes, sed etiam contra fugitiuos, cessantes, aut reddere rationem suis magistris, & sociis nolentes, aut cessantes resignare eisdem ea, quæ dant, quæ omnia allegata fuerunt per dictum Laurentium, & super his probationes fuerunt inductæ per varios Doctores. consultum est demum contra dictum Baltazar, & pronuntiatum contra quam sententiam nullitas per eum allegatur, unde alio modo vito concludo dictum Baltazar iustitiam contra capturam & detentionem non fouere. Non obstat quod narratis in libello dicti Laurentii non sit credendum in sui fauorem, fatendum est enim, quod super illa narratione iudex non debuit fundare sententiam, sed ex quo apparet sententia lata, presumitur quod ex veris, & iustis probationibus fuerit promulgata, ut in iuribus superius allegatis, maxime cum in ea narretur officiales, testium depositiones, & alias chartas, seu literas prius percunctatos fuisse. Non ob. contrarium, si fateor enim iudicem non posse ferre sub conditione resolutionis sententiam, sed non per hoc corrumpitur tota sententia, sed illa pars resolutionis habetur per non adiecta, & remanet sententia pura, ut no. voluit Bart. in d. l. iudex. facit quod no. in l. dicere. cum l. seq. ff. de arb. & per hoc facit, quia vtile per inutile non debet vitari. quando vtile potest ab inutili separari, ut in regula, vtile per inutile, & quod ibi no. de reg. iur. li. 6. & in l. 1. §. Trebatius. cum seq. de aqua quoti. & est. facit l. 1. §. biduum. ff. quando appellat.

dent non solum contra factores fraudem, vel dolum adhibentes, sed etiam contra fugitiuos, cessantes, aut reddere rationem suis magistris, & sociis nolentes, aut cessantes resignare eisdem ea, quæ dant, quæ omnia allegata fuerunt per dictum Laurentium, & super his probationes fuerunt inductæ per varios Doctores. consultum est demum contra dictum Baltazar, & pronuntiatum contra quam sententiam nullitas per eum allegatur, unde alio modo vito concludo dictum Baltazar iustitiam contra capturam & detentionem non fouere. Non obstat quod narratis in libello dicti Laurentii non sit credendum in sui fauorem, fatendum est enim, quod super illa narratione iudex non debuit fundare sententiam, sed ex quo apparet sententia lata, presumitur quod ex veris, & iustis probationibus fuerit promulgata, ut in iuribus superius allegatis, maxime cum in ea narretur officiales, testium depositiones, & alias chartas, seu literas prius percunctatos fuisse. Non ob. contrarium, si fateor enim iudicem non posse ferre sub conditione resolutionis sententiam, sed non per hoc corrumpitur tota sententia, sed illa pars resolutionis habetur per non adiecta, & remanet sententia pura, ut no. voluit Bart. in d. l. iudex. facit quod no. in l. dicere. cum l. seq. ff. de arb. & per hoc facit, quia vtile per inutile non debet vitari. quando vtile potest ab inutili separari, ut in regula, vtile per inutile, & quod ibi no. de reg. iur. li. 6. & in l. 1. §. Trebatius. cum seq. de aqua quoti. & est. facit l. 1. §. biduum. ff. quando appellat.

Casus consilij sequentis.

Ciues quidam Senenses per triginta annos, & ultra, rectori cuiusdam ecclesie soluerunt annuatim certam pecunie quantitatem occasione quarundam platearum, seu domorum, quas dicebant se habere in emphyteusim ab eadem ecclesia. Contigit postmodum quod ciues quidam per plurimos annos non soluerunt solitum canonem. Nonnulli vero dictas plateas seu domos in extraneos per viam legati seu heredis institutionis vel donationis transfulerunt, dicto rectore penitus irrequisito. Quæritur circa prædicta quid iuris, & c.

CONSILIVM LXXIII.

- 1 Dominus potest petere ab emphyteuta, ut exhibeat instrumentum emphyteuticarium.
- 2 Emphyteusis ecclesie non transit ad heredes extraneos.
- 3 Emphyteuta non potest rem donare, vel legare, seu aliter transferre in extraneum.
- 4 Emphyteuta non potest permutare domino irrequisito.



De vobis principalia circa prædicta sunt examinanda. Primo, numquid per solutiones prædictas probetur dominium directum ecclesie, cum nulla scriptura authentica de dominio, vel concessione emphyteuticaria appareat. Secundo præsupposito quod probetur dominium ecclesie, & emphyteuticaria concessio, numquid per dictas concessiones seu alienationes factas irrequisito rectore ecclesie, ceciderint dicti ciues a iure ecclesie eorum, ita quod libere illa bona sint ad ius ecclesie reuersa, & quod hæc sint plura pulchra dubia, & diffuse argui posset pro, & contra, attamen breuitatis causa procedam conclusiue subiiciendo in summa quid in eis sentio. Et primo circa primum arbitror, quod per dictas solutiones satis probetur dominium directum ecclesie, ita quod non possunt vltimo dicti ciues subtrahere se a dicta solutione, nec negare ecclesiam fore dominam, & patronam illarum platearum, seu domorum. hoc aperte videtur probari in l. cum de in rem verso. ff. de vsur. & ibi hoc satis voluit Bar. imo sufficeret solutio decem annorum, ex quo facta fuit contemplatione illarum platearum, quod firmat ibi Bar. & maxime per modernos in c. peruenit. de censu. facit l. si. & l. ius emphyteutici. C. de fun. pa. li. 1. aperissime tenet Spec. in terminis in ti. de emphyt. S. nunc aliqua. ver. 64. Et facit singulariter ad prædicta vnum dictum Bald. in l. prætor ait. §. i. ff. de eden. ubi concludit, quod dominus potest petere ab emphyteuta, ut exhibeat instrumentum emphyteuticarium, & hoc et tenet Spe. in d. §. nunc aliqua. ver. 142. Et si non exhibet, dicit Bal. quod presumitur emphyteusis extincta, & finita. Et sic poterit emphyteuta expelli. ar. ibi. cum dominus habeat intentionem fundatam super materia ciuili, & emphyteutica,